

INTROIT Isaias 45: 8

Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum: aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem. (Ps. 18: 2) Cæli enárrant glóriam Dei: et opera mánuum ejus annúntiat firmaméntum. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Roráte cæli désuper, et nubes pluant justum: aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

COLLECT

Excíta, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni: et magna nobis virtúte succúrre; et per auxiliúm grátiae tuæ, quod nostra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE I Corinthians 4: 1-5

Fratres: Sic nos exístimet homo ut minístros Christi, et dispensatóres mysteriórum Dei. Hic jam quæritur inter dispensátóres, ut fidélis quis inveniátur. Mihi autem pro mínimo est, ut a vobis júdicer aut ab humano die: sed neque meípsum júdico. Nihil enim mihi cóncius sum: sed non in hoc justificátus sum: qui autem júdicat me, Dóminus est. Ítaque nolíte ante tempus judicáre, quoadúsque véniat Dóminus: qui et illuminábit abscóndita tenebrárum, et manifestábit consília córdium: et tunc laus erit unicuique a Deo.

GRADUAL Psalms 144: 18, 21

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ínvocant eum in veritáte. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum ejus.

(The Lesser Alleluia is omitted when this Mass is celebrated on ferias.)

LESSER ALLELUIA

Allelúia, allelúia. Veni, Dómine, et noli tardáre: reláxa facínora plebis tuæ Israël. Allelúia.

GOSPEL Luke 3: 1-6

Anno quintodécimo impérii Tibérii Cæsarís, procuránte Póntio Piláto Judæam, tetrárcha autem Galilææ Heróde, Philíppo autem fratre ejus tetrárcha Iturææ et Trachonítidis regiónis, et Lysánia Abilínæ tetrárcha, sub princípibus sacerdotum Anna et Cáipha: factum est verbum Dómini super Joánnem, Zachariæ filium, in déserto. Et venit in omnem regiónem Jordánis, prædicans baptísmum poenitentiæ in remissionem peccatórum, sicut scriptum est in libro sermónum Isaíæ prophétæ: Vox clamántis in déserto: Paráte viam Dómini: rectas fácite sémitas ejus: omnis vallis implébitur: et omnis mons et collis humiliábitur: et erunt prava in directa, et áspera in vias planas: et vidébit omnis caro salutáre Dei.

OFFERTORY Luke 1: 28, 42

Ave María, grátia plena: Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui.

SECRET

Sacrificiis præsentibus, quæsumus, Dómine, placátus inténde: ut et devotióni nostræ proficiant et salúti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF ADVENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Quem pérdito hóminum géneri Salvatórem miséricors et fidélis promisiísti: cujus veritas instrúeret íncios, sáncitas justificáret ímpios, virtus adjuváret infirmos. Dum ergo prope est ut véniat quem missúrus es, et dies afflúget liberatiónis nostræ, in hac promissionum tuárum fide, piis gaudiis exultámus. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus, cumque omni militia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

COMMUNION Isaias 7: 14

Ecce virgo concípiet et páriet filium: et vocábitur nomen ejus Emmánuel.

POSTCOMMUNION

Sumptis munéribus, quæsumus, Dómine: ut cum frequentatióne mystérii, crescat nostræ salutis efféctus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Drop down dew, ye heavens, from above, and let the clouds rain the Just: let the earth be opened and bud forth a Savior. (Ps. 18: 2) The heavens show forth the glory of God: and the firmament declares the work of His hands. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

Drop down dew, ye heavens, from above, and let the clouds rain the Just: let the earth be opened and bud forth a Savior.

O Lord, we beseech Thee, stir up Thy power, and come, and with great might succor us: that by the help of Thy grace that which is hindered by our sins may be hastened by Thy merciful forgiveness. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Let a man so account of us as of the ministers of Christ and the dispensers of the mysteries of God. Here now it is required among the dispensers that a man be found faithful. But to me it is a very small thing to be judged by you or by man's day: but neither do I judge my own self. For I am not conscious to myself of anything: yet am I not hereby justified, by He that judges me is the Lord. Therefore judge not before the time, until the Lord come: Who both will bring to light the hidden things of darkness, and will make manifest the counsels fo the hearts: and then shall every man have praise from God.

The Lord is nigh unto all them that call upon Him: to all that call upon Him in truth. My mouth shall speak the praise of the Lord: and let all flesh bless His Holy Name.

(The Lesser Alleluia is omitted when this Mass is celebrated on ferias.)

Alleluia, alleluia. Come, O Lord, and tarry not: forgive the sins of Thy people Israel. Alleluia.

Now in the fifteenth year of the reign of Tiberius Caesar, Pontius Pilate being governor of Judea, and Herod being tetrarch of Galilee, and Philip his brother tetrarch of Iturea and the country of Trachonitis, and Lysanias tetrarch of Abilina, under the high priests Annas and Caiphas: the word of the Lord was made unto John, the son of Zachary, in the desert. And he came into all the country about the Jordan, preaching the baptism of penance for the remission of sins, as it was written in the book of the sayings of the Isaias the prophet: A voice of one crying in the wilderness: Prepare ye the way of the Lord, make straight His paths: every valley shall be filled: and every mountain and hill shall be brought low, and the crooked shall be made straight, and the rough ways plain: and all flesh shall see the salvation of God.

Hail Mary, full of grace: the Lord is with thee: blessed art thou among women, and blessed is the fruit of thy womb.

O Lord, we beseech Thee, look down favorably upon these present Sacrifices: that they may profit us both unto devotion and salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God, through Christ our Lord; for in Thy mercy and fidelity Thou hast promised Him as Savior to the lost race of men, to instruct the ignorant with His truth, justify the wicked with His holiness, and help the weak by His power. Now that the time draweth nigh that He Whom Thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in Thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn of Thy glory, evermore saying:

Behold a Virgin shall conceive and bear a Son: and His name shall be called Emmanuel.

Having received Thy gifts, we beseech Thee, O Lord: that as we frequent this Mystery, so the world of our salvation may advance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.